



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De presbyteris qui pro accipiendo charismate ad ciuitates venire solent.
lxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

quante solennitate Pascali, nec per quemcunque alium quam per seipfos, aut per vicarios eiusdem ordinis: quod inhonorum est: inferioribus summa committi. Optimum autem est, ut ipse suscipiat, qui in tradendo vsurus est.

De presbyteris qui pro accipiendo chrismate ad ciuitates venire solent.

Caput LXXIX.

Ex cōcil. Meldēsi. cap. 6. **D**E presbyteris, qui accipiendi chrismatis gratia ad ciuitates in cœna domini venire solliciti erant, sanctum est, ut de his qui longè positi sunt, de octo vel decem ab archidiacono eligatur, qui acceptum chrisma sibi & sociis diligenter perferat. Hi verò qui non longius à ciuitate quam quatuor aut quinque milibus habitant, more solito ad accipiendum chrisma per se veniant. Discendi vero gratia, alio non Quadragesimali tempore ad ciuitatem conuocentur, propter plebes sibi commissas.

De chrismate quòd semper sub sera esse debeat.

Cap. LXXX.

Ex cōcil. Turonē. cap. 3. **P**raterea & illud omnimodis obseruandum est, ut factum chrisma, & oleum consecratum semper sub sera sit, ne illud vnde Christo incorporamur, & vnde omnes fidei sanctificatur, vnde reges & sacerdotes inunguntur, aliquando infidelis, aut immundus tangat, aut aliquis perfidus ad diuinitatem subuertendum surripiat, quòd experimento didicimus.

De Iudæis quomodo ante baptismum examinari debeant. Cap. LXXXI.

Ex cōcil. Agatēsi cap. 35. **I**udæi quorum perfidia frequenter ad fomitem redierunt, legem catholicam venire voluerint, octo menses inter techumeno: Ecclesiæ limen introeant, & si pura fide veniunt, tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quòd si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

De Iudæis ut nullus eis vim ad credendum debeat inferre. Cap. LXXXII.

Ex cōcil. Tolerā. cap. 57. **D**E Iudæis autem hoc præcepit sancta synodus. nempe deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim Deus miseretur, & quem vult indurat. Nō enim tales in salutem saluandi sunt sed volentes, ut integra sit forma iustitiæ. Si autem homo propria arbitrij voluntate serpenti obedierit